



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Pivs Papa II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Retractio omnium per ipsum Pium secundum adhuc in minoribus agentem, pro Concilio Basileen. & contra Eugenium quartum eiusdem Pij prædecessorem, scriptorum.

Edita anno Do-
mini 1463.

Ex quarto con-
ciliorum gene-
ral. tomo. pag.
503. ex Colo-
niensi editione
anno 1567.

Luc. 18.
Psal. 113.

Psal. 144.

Pertinacia hæ-
reticorum vnde
quandoque na-
scatur.

psal. 24.

Virorum san-
ctorum mos em-
dare errores, nō
pertinaciter de-
fendere.

e. Quamuis 21.
dist.

Rom. 12.
c. in apibus 7.
q. 1.



PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Reçtori, & Vniuersitati scholæ Colo-
niensis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

IN minoribus agentes, nondum sacris ordinibus initiati, cum Basileæ inter eos ver-
saremur, qui se generale Concilium facere, & vniuersalem ecclesiam repræsentare aie-
bant, dialogorum quendam libellum ad vos scripsimus, in quo de auctoritate concilij
generalis, ac de gestis Basileensium, & Eugenij Papæ contradictione, ea probauimus, vel damnaui-
mus, quæ probanda vel damnanda censuimus: quantum capiebamus, tantum defendimus, aut op-
pugnauimus: nihil mentiti sumus, nihil ad gratiam, nihil ad odium retulimus; existimauimus bene
agere, & recta incedere via: nec mentis nostre aliud erat obiectum, quàm publica vtilitas, & amor ve-
ri. Sed quis non erat mortalis? Sapientem inquit philosophi nunquam errare verum est. At quis
sapiens nisi bonus? quis bonus, nisi solus Deus? Oes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est
qui faciat bonam, non est vsq; ad vnum, inquit propheta Regius: Declinauimus & nos ab vtero ma-
tris, errauimus in inuio, & non in via: ambulauimus in tenebris, & procul à vera luce recessimus: nec
illis in foueam recidimus. forsitan & aliquos ex vobis scripta; postea decepere, & in deuia deduxerunt:
quorum sanguinem si de manibus nostris requisierit Dominus, non habemus quod respondere pos-
simus, nisi nos, vt homines, peccauisse: qui arbitantes rectum iter ostendere, obliquum monstrau-
imus. In misericordiâ tantum Dei spes nostra sita est quæ super omnia opera eius elucet. Sed haudqua-
quam satis fuerit diuinam misericordiam implorare, & dicere: Pater Domine, parce peccatis nostris,
nisi pro viribus vulnera, quæ infligimus, veritate curare annitamur: & sicut est in fabulis, Sagitta quæ
vulnerauit, afferat opem: siue vt canit ecclesia, Medelam inde ferat, hostis vnde læferat. Mortem quidã
prius sibi conscuerint, quàm videri velint aliquando male sensisse: & nonnulli ne vel ad horam vi-
deantur errasse, semper errant; & dum vel minimam tolerare honoris iacturam nequeunt, totum
abijciunt, & perpetuo notantur infamia, & in pessimas prolabantur hæreses: qui ne appareant inconstantes,
pertinaces efficiuntur. superbissimi hoc agunt, qui videri dij non homines volunt, quales Cō-
stantiæ combusti sunt nostra ætate in magno conuentu, Hieronymus & Ioannes hæresiarche.
Nos homines sumus, & vt homines errauimus: neque imus inficias, multa, quæ diximus, scripsimus, egimus,
damnari posse: verum non vt Arrius Eutyches, Macedonius, aut Nestorius, & alia blasphemorum turba,
ex animo damnatam viam elegimus, sed ducti peccauimus, vt Paulus; & ignoranter persecuti fuimus
Ecclesiam Dei, & Romanam, primamque sedem. Propter quod prostrati ante oculos diuinæ pietatis,
supplices oramus: Delicta iuuentutis meæ & ignorantias ne memineris, &c. Pudet erroris, pœnitet male fecisse, & male dictorum scriptorumque vehementer pœnitet, plus scripto
quàm facto nocuimus: sed quid agamus? scriptum & semel emissum volat irremocabile verbum.
Non sunt in potestate nostra scripta, quæ multas inciderunt in manus, & vulgo leguntur. vtinam
latuissent, quæ sunt edita. nam si futuro in sæculo manserint, & aut in malignas mentes inciderint,
aut incautas, forsasse scandalum parient. Qui hæc scripsit, inquit, in beati tandem Petri cathedra
sedit, & Christi Saluatoris Vicarium gessit: ita scripsit Aeneas, qui postea summum Pontificatum
adeptus, Pius ij. appellatus est, nec inuenitur mutasse propositum, qui eum elegerunt, & in
summo Apostolatus vertice collocarunt, ab ijs scripta eius approbata videntur. Verendum est, ne talia
nostris aliquando successoribus obiciantur: & quæ fuerunt Aeneæ, dicantur Pij; atque ab ea se-
de auctoritatem vendicent, aduersus quam ignoranter lauerunt. Cogimur igitur, dilecti filii,
beatum Augustinum imitari, qui cum aliqua in suis voluminibus erronea inseruisset, retractiones
edidit. Humilis & probatissimi vir ingenii, qui suas ineptias verècundè confiteri ac corrigere, quàm
impudenter defendere maluit. Idem & nos faciemus: confitebimur ingenuè ignorantias nostras, ne
per ea quæ scripsimus iuuenes, error irreptat, qui possit in futurum Apostolicam sanctam sedem op-
pugnare, Nam si quem decuit vnquam Romani primici; throni eminentiam & gloriam defendere
ac extollere; nos illi sumus, quos sine vllis meritis pius & misericors Deus, sola dispensatione sua, ad
beati Petri solium & dilectissimi filij sui Domini nostri Iesu Christi vicariatum euocauit. Quibus ex
rebus dilectiones vestras hortamur, & in Domino commoneamus, ne prioribus illis scriptis inherere
tis, aut fidem vllam præstetis quæ supremam Apostolicæ Sedis auctoritatem quouis pacto eiidit, aut
aliquid astruunt, quod sacrosancta Romana non amplectitur Ecclesia. Suadete omnibus, vt id so-
lium præ cæteris venerent, in quo Saluator Dominus suos Vicarios collocauit: & quod beati Apo-
stoli Petrus & Paulus suo sanguine dicauerunt. nec putetis diuinam prouidentiam, quæ cuncta gu-
bernat, & nihil negligit eorum, quæ creauit, inordinatam reliquisse militantem ecclesiam: quæ cum
sit sponsa Christi, profecto a Deo est, & ordinem habet, dicente Apostolo, Quæ sunt, a Deo ordi-
nata esse. Requirit autem ordo, vt inferiora a superioribus gubernentur, & ad vnum tandem perue-
niatur,

A niatur, tanquam principem & moderatorem cunctorum, quæ infra se sunt: Sicut græci vnata sequuntur, & in apibus vnus est rex: ita & in ecclesia militanti, quæ instat triumphantis se hæt, vnus est omnium moderator & abiter, Iesu Christi vicarius: à quo tanquam capite, omnis in subiecta membra potestas & auctoritas deriuatur, quæ à Christo Domino Deo nostro sine medio, in ipsum insluit, nec profecto in alium, tanquam sui exercitus ducem, supremam auctoritatem Christus principaliter deriuasset, quàm in suum vicarium, qui primus fuit Petrus, cui commissam nouimus Dominici gregis curam: nec duos pluresve Petros Euangelistæ commemorant, nec duos, aut plures insiuit Dominus, qui suum locum tanquam capita tenerent equalia: sed vnum constituit, vt verticem, ac ducem, & pastorem vniuersi gregis, Simonem Petrum, dicens: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam: & tibi dabo clauis Regni cælorum: & quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cælo: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælo. Et, Pasce oues meas.

Matth. 16.

Ioan. 21.

1. Cor. 10.

B idest, Christi, (vt Paulus exponit) locum tenentem Simonem Petrum, qui solus pro Domino in periculo constituto exemit gladium. Petrus igitur, & successores eius Romani Pontifices primatum in Ecclesia tenuerunt, & nos hodie, quamuis indigni, sola Domini voluntate digni, tenemus, & quicumque Romanæ secundum canonicas sanctiones præficiuntur Ecclesiæ, quamprimum electus est in sacro collegio supremam à Deo potestatem sine medio consequitur, & per ordinem in omnem diffundit ecclesiam, cuius peccata diuino iudicio punièda relinquuntur; Si quid aduersus hanc doctrinam inueneritis aut in dialogis, aut in Epistolis nostris, quæ plures à nobis sunt editæ, aut in alijs opusculis nostris (multa enim scripsimus adhuc iuuenes) respicite, atq; contemite, sequimini: quæ nunc dicemus, & leni magis quàm inueni credite, nec priuatum hominè pluris facite, quàm Pontificem. Aeneam reijcite, Priam recipite: illud gentile nomen parentes in didere nascèri: hoc Christianum in Apostolatu suscepimus. Dicent fortasse aliqui, cum Pontificatu hanc nobis opinionem aduenisse, & cum dignitate mutatam esse sententiam. Haud ita est, longo aliter actum. Audite, filij conuersationem nostram: breuis narratio erit, quæ vobis, quantum ad rem attinet veritatem aperiet, & obediètiæ faciet satis. Anno salutis primo & trigesimo supra millesimum quadringentesimum cum Dominio Capranica, quem Martinus V. in secretis confistorio Cardinalem creauerat, Eugenius iij. spreuerat, Basileam petimus, ibiq; concilium inchoatum inuenimus, verum ab Eugenio reuocatum, quamuis congregati noluerant obedire, adferentes iam inceptum concilium sine consensu patrum, qui cognouissent, haud quaquàm potuisse dissolui. Iulianus aderat S. Angeli Cardinalis, natione Romanus, moribus, & doctrina conspicuus. Is cum ceteris præstaret audita Eugenij reuocatione, præfidentiam dimisit, tanquam summo Pont. vellet obedire: sed cum augeceret in dies Eugenio, vel inuito, conciliū, & multi ex diuersis regionibus Episcopi, & Regum legati aduentarent, Cardinales quoque ex Rom. Cur. profugi indices nonnulli concurrerent, præfidentiam resumpsit: & auctoritatem concilij mirum in modum extollens, eminentiam primæ sedis suppressere cepit. Venientes Eugenij legatos, & potestates Romanorum præfultū magnificentè, apparetur. consultauit: & cū esset facundissimus, facile perlua sit auditoribus quæ cupiebat. Cardinales ex vrbe profecti, Eugenio inuensi, vitæ ejus moresq; carpebat: accedebant in horas cateruatim noui curiales, qui (vt est omnis multitudo maledica, & inimica principi) Eugenij nomen modis omnibus lacerabant. Nos, qui ex patria iuuenes, non ex vrbe illuc migraueramus, & noua tum primū aus ex Senensi gymnasio euolaueramus, rudes & inexperti, vera esse arbitrabamur quæcūq; dicebantur: nec putabamus mentiri alios, qui nesciremus ipsi mentiri; atq; vt est innatū homini, terra & horrenda crimina odio habebamus, nec Eugenium diligere poteramus quæ tor tantiq; testes indignum Pontificio dicerent, Aderant legati Parisiensis scholæ, cuius est fama percelebris: affuerunt & aliquando vestri & aliorum studio Germaniæ nationis oratores; & vno cūcti ore concilij generalis auctoritatē ad cælum efferebant. De potestate Rom. Pontificis pauci erant qui loqui præsumerent: omnes qui publice loquebantur, prurientes auribus, multitudinè applaudebant. Accessit & ipsius Eugenij consensus, qui dissolutionem concilij a se factam reuocauit, & progressum eius approbavit, cū reconciliata synodus Eugenio videretur, & pax ecclesiæ data. Præterita enim omnia per suas litteras concilij patres Eugenio sese remissuros, & pedes eius tam quàm beati Petri exosculaturos promiserant, si reuocata dissolutione, concilio cunctum permetteret, atq; illi cohereret. Nouæ intercessere discordiæ, tū alijs de rebus, tū potissime super translatione concilij Græcorū causa in alium locum, Eugenius in Italia, non sine ratione, conciliū petebat; popularitas synodalis transue montes horrebat, & in Auinione, aut in Sabaudia locum desiderabat. Adiuerunt per id temporis duo viri ex Italia Basileense concilium, Nicolaus Panormitanus Archiepiscopus, & Ludouicus Pontanus Apostolicæ sedis notarius, Alfonsi Magni regis oratores, qui, velut duo orbis sidera, ceu Pontificij iuris, & totius ciuili sapientiæ, duo præcipua lumina & clarissima censebatur. Hi dictis scriptis quæ concilij gesta probabant; Eugenii facta damnabant: nec erat qui aut vellet aut auderet dicta eorum refelleret. Quid ageremus? audire potuimus, non dicere: Rude nimis ingenium est, quod per singulos dies audita & inculcata nō capit. Quales magistri sunt, tales discipuli euadere solent. Paucos in Luc. 6.

Romani Pontificis potestas à Deo est.

C quem Martinus V. in secretis confistorio Cardinalem creauerat, Eugenius iij. spreuerat, Basileam petimus, ibiq; concilium inchoatum inuenimus, verum ab Eugenio reuocatum, quamuis congregati noluerant obedire, adferentes iam inceptum concilium sine consensu patrum, qui cognouissent, haud quaquàm potuisse dissolui. Iulianus aderat S. Angeli Cardinalis, natione Romanus, moribus, & doctrina conspicuus. Is cum ceteris præstaret audita Eugenij reuocatione, præfidentiam dimisit, tanquam summo Pont. vellet obedire: sed cum augeceret in dies Eugenio, vel inuito, conciliū, & multi ex diuersis regionibus Episcopi, & Regum legati aduentarent, Cardinales quoque ex Rom. Cur. profugi indices nonnulli concurrerent, præfidentiam resumpsit: & auctoritatem concilij mirum in modum extollens, eminentiam primæ sedis suppressere cepit. Venientes Eugenij legatos, & potestates Romanorum præfultū magnificentè, apparetur. consultauit: & cū esset facundissimus, facile perlua sit auditoribus quæ cupiebat. Cardinales ex vrbe profecti, Eugenio inuensi, vitæ ejus moresq; carpebat: accedebant in horas cateruatim noui curiales, qui (vt est omnis multitudo maledica, & inimica principi) Eugenij nomen modis omnibus lacerabant. Nos, qui ex patria iuuenes, non ex vrbe illuc migraueramus, & noua tum primū aus ex Senensi gymnasio euolaueramus, rudes & inexperti, vera esse arbitrabamur quæcūq; dicebantur: nec putabamus mentiri alios, qui nesciremus ipsi mentiri; atq; vt est innatū homini, terra & horrenda crimina odio habebamus, nec Eugenium diligere poteramus quæ tor tantiq; testes indignum Pontificio dicerent, Aderant legati Parisiensis scholæ, cuius est fama percelebris: affuerunt & aliquando vestri & aliorum studio Germaniæ nationis oratores; & vno cūcti ore concilij generalis auctoritatē ad cælum efferebant. De potestate Rom. Pontificis pauci erant qui loqui præsumerent: omnes qui publice loquebantur, prurientes auribus, multitudinè applaudebant. Accessit & ipsius Eugenij consensus, qui dissolutionem concilij a se factam reuocauit, & progressum eius approbavit, cū reconciliata synodus Eugenio videretur, & pax ecclesiæ data. Præterita enim omnia per suas litteras concilij patres Eugenio sese remissuros, & pedes eius tam quàm beati Petri exosculaturos promiserant, si reuocata dissolutione, concilio cunctum permetteret, atq; illi cohereret. Nouæ intercessere discordiæ, tū alijs de rebus, tū potissime super translatione concilij Græcorū causa in alium locum, Eugenius in Italia, non sine ratione, conciliū petebat; popularitas synodalis transue montes horrebat, & in Auinione, aut in Sabaudia locum desiderabat. Adiuerunt per id temporis duo viri ex Italia Basileense concilium, Nicolaus Panormitanus Archiepiscopus, & Ludouicus Pontanus Apostolicæ sedis notarius, Alfonsi Magni regis oratores, qui, velut duo orbis sidera, ceu Pontificij iuris, & totius ciuili sapientiæ, duo præcipua lumina & clarissima censebatur. Hi dictis scriptis quæ concilij gesta probabant; Eugenii facta damnabant: nec erat qui aut vellet aut auderet dicta eorum refelleret. Quid ageremus? audire potuimus, non dicere: Rude nimis ingenium est, quod per singulos dies audita & inculcata nō capit. Quales magistri sunt, tales discipuli euadere solent. Paucos in Luc. 6.

magistri sunt
vt discipuli
euadere solent
Paucos in Luc. 6.

D ret. Nouæ intercessere discordiæ, tū alijs de rebus, tū potissime super translatione concilij Græcorū causa in alium locum, Eugenius in Italia, non sine ratione, conciliū petebat; popularitas synodalis transue montes horrebat, & in Auinione, aut in Sabaudia locum desiderabat. Adiuerunt per id temporis duo viri ex Italia Basileense concilium, Nicolaus Panormitanus Archiepiscopus, & Ludouicus Pontanus Apostolicæ sedis notarius, Alfonsi Magni regis oratores, qui, velut duo orbis sidera, ceu Pontificij iuris, & totius ciuili sapientiæ, duo præcipua lumina & clarissima censebatur. Hi dictis scriptis quæ concilij gesta probabant; Eugenii facta damnabant: nec erat qui aut vellet aut auderet dicta eorum refelleret. Quid ageremus? audire potuimus, non dicere: Rude nimis ingenium est, quod per singulos dies audita & inculcata nō capit. Quales magistri sunt, tales discipuli euadere solent. Paucos in Luc. 6.

E venias Aristoteles, qui Platonica norint destruerè dogmata. Non est discipulus supra magistrum, inquit Dominus: nec nos magistrum potuimus superare, Iulianus nobis, & Nicolaus, & Ludouicus, & alij

alij

alij eomplures faure magistri, schola, Basileensis conuentus, in quo raro aliquis Eugenij causam defendit: Aduersus concilij dignitatem mutire aliquid, crimen hæresis fuit. Vna omnium vox concilio Eugenio præferebat. De sedis Apostolicę præcellentiã aut silentium, aut contemptus: Concilium concilium cuncta sonabant. Didicimus ergo quæ ad dignimus, & post aliquot annos, existimantes nos aliquid esse, diximus (vt est apud Satyricum.) *Semper ego audior tantum? numquamne reponam?* Pudet semper discipulum agere, subtraximus ferulã, manum, cœpimus loqui, & magistri personam induimus. Scripsimus epistolas, & opuscula, hoc omnibus passim datur: docti & indocti scribunt: & quæ scripsit ipse, nemo contemnit, nisi editionis feruorem tempus extinxerit: nobis placebant scripta nostra, more poetarum, qui poemata sua tanquam filios amant. Nec Basilea: quinquam inueniebamus qui ea damnaret, probant enim similia similes: applaudebamus nobis ipsis, & in editionibus nostris gloriabamur, & quamquam postea Eugenij concilium in Italiam transluerit, & eum Græuis Ferrarię, ac demum Florentiã conuenerit, quanquam Iulianus sancti Angeli, & Ioannēs sancti Petri Cardinales, quib. plurimum credebamus, ad Eugenium defecissent: quãquam paucissimi in fide Basileensi remansissent; nolimus tamen credere existimantes cunctos, qui abibant, metu recedere, ne bonã temporalia perderent, & cum nihil haberemus, quod nobis auferri posset, perseverandum putauimus, ne partem, quæ uerior nobis apparebat, relinquentes, detrimentum animæ faceremus. Mansimus igitur Basileã, quoad Eugenio (vt credidimus) iusto iudicio depositõ, Amadeus Sabaudiensis successu est, & Felix v. appellatus: quem non vt idolum (quod erat) sed tamquam verum Christi vicarium, uenerati fuimus, nihil ad hæc sinistri putantes intercessisse. At cū Fridericus Romanorum rex, Aquisgranum coronatus, domum repetens, Basilea transitum ꝑ fecisset, rogatusque Felicem illic præsentem accedere, nullo pacto persuaderi potuisset, vt honorem ei, tanquam Rom. Pontifici, exhiberet, aut publicè cum eo uerba misceret: tum primum considerauimus possibile esse, quoddam partem erroream sequeremur, quando Rex, Imperator Romanorum futurus, in tanto negotio dubius esset, & ad Euangelium inclinaret magis. Multũ & sæpe inter nos ipsos cogitauimus, quis esset modus inueniendi uerum, nunquam enim uolentes errauimus. Rogati in familiam Friderici transire, non reuimus: erat tunc ille cum tota ferè Germania neutralis. Conciliũ Basileã dicebant esset Germani, & idolam eius respuebant, Eugenium Christi vicarium appellabant, & conciliũ, ab eo celebratum recusabant, nec Eugenio, nec Basileensibus plene obediabant. Placuit ad neutrales transire, vt uerum apud eos liberius audiremus, & si recedendum esset ab vno extremorum, per alii quod medium transiremus ad alterum, & eorum iudicium spectaremus, qui non essent affecti causa. Mansimus in aula Friderici pluribus annis, illic uarias audiuimus opinionēs. Neutralitatem idcirco Teutones induerant, vt concordia facilius inueniretur, non ex cõsilio Solonis, qui tumultuante ciuitate extorrem fecit eum, qui sine parte remansit. Multa inter neutrales didicimus, quæ nos antea latebant: Eugenium falsò de multis accusatum inuenimus: Cardinales, qui Basileam uenerant, ob priuatas inimicitias bono, & sancto viro notam inurere uoluisse: qui tamen cuncti postea ad eum redierunt, & ueniam errati petierunt. Forte per id tempus Iulianus sancti Angeli Cardinalis, cuius supra meminimus, ex Ungaria, quæ sibi decreta contra Turcas fuerat prouincia, Flauianum uenit, (quæ hodie Vienna dicitur) præcipuum Austrię columnen: sæpe cum eo sermonem pro ueteri consuetudine miscuimus, sæpe de rebus Basileensibus disputauimus. tuebamur antiquam sententiam: ille nonnam defendebat: extollebamus generalis Concilij auctoritatem: ille Apostolicę sedis potestatem magnopere collandabat. dicebamus concilium Basileense iure perseverasse, quamuis Eugenius præsentem reuocasset, & hoc eius factum accusabamus: ille dissolutum seu translatum rite concilium affirmabat, & Basileensium opera multis modis detestabatur, Basileaque non synodum aeclesię, sed Sacerdotum, & ministrorum eius synagogam remansisse dicebat. Diutina fuit inter uos concertatio, uerum modesta, & charitate plena: ad extremum cum suis scriptis, dictisque Cardinalem uinceremus, præmeremusque uehementer, subridens ille; Tu, inquit, Aenea tabellis ob signatis agis mecum, & quoniam aliquando sensimus ut dicis, idcirco & hodie idem putas debere sentire, & adductos priori sententię censens. uerum propterea nos sumus liberi, quia mutare sententiam usque ad mortem possumus: cur enim non liceat omni tempore, relicto falso, uerum amplecti? Fateor me dixisse, & scripsisse, quæ refers, uerum à uero remotum errasse: at tu, qui, ut ais, me doctore Basileensibus credere adductus es, errantem olim sectatus es, cur modo non sequeris recta monentem? Præsumpsi de me ipso, dum essem Basileã, nimis, quamuis deceptus, decepi, & credens prodesse, nocui, in medio ecclesię docens: quæ non didici, cæcus erraui, & in tenebris ambulauit. reliqui tandem ecclesiã malignantium, & cum impijs sedere recusanti, reuelauit Dominus oculos meos, & considerauit mirabilia de lege sua: cognoui priorem errorem, & quantum à uero procul obuiissent Basileenses, planè intellexi. adij Romanam Curiam, & Eugenio, cui fuisset rebellis, submissi cœruicenti: quo misericordiam cõsecutus, ad unionem Græcorum nauauit operam, & illis Romana ecclesiã reconciliatus aduersus impios Turcas legationem accepi castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me, sed humiliatum exaltauit: quia cognito in errore non perseveraui, sed mox in uiam rediit, & ex magistro factus discipulus, ex magno paruus, expurgato ueteri fermento, nouum hominem indui, & uere matris lacte nutritus, ad fontem ueri perueni, quem sancti doctores ostendunt Græci, & Latini, quorum uia uox est, saluari non posse, qui sanctę Romanę ecclesię non tenent ueritatem, omneque illas uirtutes mancas esse.

Iouenalis,

Nota testimonium de Amadeo.

† iter.

Omni tempore relicto falso uerum amplectendum est.

A cas esse ei, qui summo Pontifici obedire recusat: quamvis in facie & cinere iacens, dies & noctes ieiunet, & oret, & in ceteris videatur legem implere: quia melior est obedientia, quam ultimat. & omnis anima potestatis sublimioribus subiecta est, & Romanum præfalem in Ecclesiæ vertice constitutum esse constat, à quo nullam ex omnibus Christi exemptam novimus. Ego ad ovile redij, qui diu erraveram extra caulas, & pastoris Eugenij vocem audiui: tu si sapias, idem facies. hæserunt pectori nostro verba viri, quæ sæpe ad nos repetit non sine charitate ardenti, & amore singulari. Interea ex diversis regionibus homines decessissimi Cæsarem adierunt, quibuscum placides de eisdem rebus miscuimus sermones semper ad verum intenti, cuius est natura hominis auida. Multum profuit nobis Ioannes Carauialis Apostolici palatii auditor, natione Hispanus, qui, Iuliano defuncto, in titulo Cardinalatus ac legatione successit: quocum sæpe de Concilio Basileensium amice disputauimus. Ne modoctus ad Imperatorem venit, quem de his rebus in colloquium non adduceremus. Cumq; Cæsar ad vniõnem Ecclesiæ procurandam in Noriberga suæ nationis conuentum instituisset, decreuit, setque summum Pontificum adhortari, vt Constantiæ nouum Concilium indiceret, legatumque mitteret, ac Basileenses pariter induceret, vt eo se transferrent, vt pax Ecclesiæ redderetur: primi Basileenses recusauere. Quod audiens Thomas Asselbachius ex Germanis insignis Theologus, Nunc, inquit, scio Basileenses Spiritum sanctum non habere ductorem, quando tam æquam Imperatoris legem effugiunt. idem multi alij dixere viri decessissimi, & opinione sanctitatis Illustres, Quibus consideratis, caligo tandem ab oculis nostris cecidit, quæ velut aranearum tela, verum cernere impediabat. recognouimus errorem nostrum, venimus Romam, Basileum, dogma reiecit, Eugenio Pontifici maximo caput submisimus, & reconciliati Ecclesiæ Romanæ, doctrinam eius imbuimus, & illud Hieronymi diximus, Ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est, cathedræ Petri communionem comocio. Super illam fundatam Ecclesiã seto: quicumque extra hanc domum agnũ Dominum comederit, profanus est: si quis in Arca Noë non fuerit, peribit regnante diluuiõ. Etiamusque adhuc pene laici, quando ad Eugenij obedientiam redimus. Ex Basilea clericali tantũ characterem insigniti recessimus, nec vnquam sacros imbuimus ordines, nisi post veritatem cognitam, Basileam, cæcitate relicta. In Austria minores ordines, ac subdiaconatum, & diaconatum recepimus: in Vrbe ad presbyteratum peruenimus. Hæc est conuersatio nostra: per hos gradus, è tenebris ad lucem migrauimus. ad quam rem non parum luminis nobis attulit Thomas Saracenus † theologice sapientiæ celebratus ac acutissimus interpres, qui postea in summo collocatus Apostolatu, Nicolai quinti nomen accepit. His auctoribus vnã Ecclesiã Catholicã, & Apostolicã esse didicimus matrem omnium fidelium, extra quam non inuenitur salus, sponsam Christi immaculatam, in qua omnes, qui militant, finem sibi proponunt vitam æternam. Idcirco enim in ecclesia militanti laborant homines, & cum dæmonibus tanquam hostibus pugnant, vt pacem tandem assequantur, & cum Iesu magistro, ac legifero suo in cælesti Hierusalem triumphare, ac regnare possint. Hic finis Christiano proponitur, huc omnes ecclesiæ militantis conatus, omnes leges, omnes regulæ tendunt, & quoniam Ecclesiã quidem exercitus est Deo militans, terribilis, vt castrorum acies ordinata dicitur: vni proculdubio Imperatori subiecta, ad cuius vnũ cuncta referuntur. Cumque pius ac Max. & Opt. Deus in suo sanguine fundauerit Ecclesiã, eamque voluerit ad finem vsque sæculi perdurare: quis non dixerit in ea id regimen institutum esse, quod optimum censeretur? At vero inter genera gubernationum communis philosophorum sententia est, præstare Monarchiam: & Romani quorum toto micuit orbe dignitas, quamvis eiectis regibus duos annos consules elegerunt, & modo tribunos addidere, modo alios magistratus inuenere: in aduersis tamen casibus, bellisque grauioribus ad vnũ aliquem recurrerunt, virtute & auctoritate præstantem, quem Dictatorem appellauerunt, huius dicto non liceret aduersari, & quamquam Dictaturam ab initio temporaneã instituerat, in Iulio tamen & successoribus eius perpetua effecta est. Nec vnquam Romana res admirabilior, aut celsior fuit, quã sub Augusto Cæsare, quando iam clausis Iani portis, totius fere orbis, sub vnus hominis gubernatione quieuit. Quo tempore natus mundi Saluator Monarchicum regimen cæteris prætulisse videtur gubernationibus. Idem probat totius fere orbis consuetudo, cuius maximam partem gubernant Reges, siue Christianos intueamur, siue Barbaros, & quamvis ciuitates aliquot reperiantur, quæ cum maxime seruiant, liberas sese vocitant, sine rege viuentes; non possunt tamen effugere, quin vnũ præferant alijs, eique tanquam capiti pro tempore obediant. Quid plura? cælestis aula nos admonet, quid illa pulchrius? quid ordinatius? quid maius, aut durabilius? quid melius, aut beatius? quãuis in ea & Angelorum diuersi sint ordines; & sanctorum spirituum innumerabiles chori; vnus est tamen omnium Rex æternus Deus, qui condidit vniuersa, & nihil negligit eorum, quæ condidit. cuius filius vnigenitus Christus Iesus cum pro nostra salute venisset in hunc mundum, seruilis accepta forma, ecclesiã, de qua loquimur, in cruce patiens, suo sanguine acquisiuit, & in ea vq; in diem Ascensionis corporaliter præfedit, & tanquam Dux verus & Imperator, cuncta in finem suum direxit. At cũ ascendisset in cælum, eum indubitanter sui gregis pastorem reliquit, cui dixerat, Pæce oues meas: & Tibi dabo clausas regni cælorum. Neque enim dixit, & non fecit, qui solus est verax. Grex Christi, Ecclesiã est. Pastor primus ipse Christus fuit, & pastor bonus, qui posuit animam suam pro ouibus suis. Secundus pastor Petrus exiit, ab ipso Domino institutus, atque omni potestate donatus, quæ ad bene regendum commissa oues necessaria ducitur alioqui Christus, qui sapientia Patris est, & omnino

1. Reg. 25.
Rom. 13.

† Vita.

Nulli extra Ecclesiã datur salus.

† Sarzanus legit Platina.

Qualis viri Christiani finis.

Cant. 6.
Inter genera gubernationũ monarchia praxior.

Ioan. 21.
Math. 16.
Ioan. 10.

F sapienter

